FASCICULUS VARIARUM PRECUM

PRO COMMODITATE CHORI

FF. MIN. S. P. F. REFORMATORUM

PROVINCIAE SS. VIRGINIS MARIAE DOLOROSAE

IN GALICIA

CUM SUPERIORUM LICENTIA.



CRACOVIAE.
SUMPTIBUS PATRUM REFORMATORUM.
E TYPOGRAPHIA ZWIĄZKOWA
sub directione A. Szyjewski.
1881.


BIBLIOTHECA JAGELLONICA


Biblioteka Jagiellońska
1002716340

LITANIAE
DE OMNIBUS SANCTIS.

Juxta praescriptum Rubricarum pro Ordine Nostro Seraphico ex indulto Apostolico rite dispositae S. R. C. 12 Mart. 1836 in Tridentina ad 9.

Kyrie elejson, Christe elejson, Kyrie elejson.
Christe audi nos, Christe exaudi nos.
Pater de Coelis DEUS, Miserere nobis.
Fili Redamptor mundi DEUS, Miserere nobis.
Spiritus Sancte DEUS, Miserere nobis.
Sancta TRINITAS Unus DEUS, Miserere nobis.
Sancta MARIA,
Sancta Dei Genitrix,
Sancta Virgo Virginum,
Sancte Michael,
Sancte Gabriel,
Sancte Rafael,
Ora pro nobis.
Omnes Sancti Angeli et Archangeli, Orate pro nobis.
Omnes Sancti Beatorum Spirituum Ordines, Orate pro nobis.
Sancte Joannes Baptista, Ora pro nobis.
Sancte Joseph, Ora pro nobis.
Omnes Sancti Patriarchae et Prophetae, Orate pro nobis.

Sancte Petre,
Sancte Paule,
Sancte Andrea,
Sancte Jacobe,
Sancte Joannes,
Sancte Thoma,
Sancte Jacobe,
Sancte Philippe,
Sancte Bartholomaee,
Sancte Mathaee,
Sancte Simon,
Sancte Thadaee,
Sancte Mathia,
Sancte Barnaba,
Sancte Luca,
Sancte Marce,
} Ora pro nobis.

Omnes Sancti Apostoli et Evangelistae, Orate pro nobis.
Omnes Sancti Discipuli Domini, Orate pro nobis.
Omnes Sancti Innocentes, Orate pro nobis.
Sancte Stephane, Ora pro nobis.
Sancte Laurenti, Ora pro nobis.
Sancte Vincenti, Ora pro nobis.
Sancti Fabiane et Sebastiane, Orate pro nobis.
Sancti Joannes et Paule, Orate pro nobis.
Sancti Cosma et Damiane, Orate pro nobis.
Sancti Gervasi et Protasi. Orate pro nobis.

Sancte Berarde,
Sancte Petre,
Sancte Accursi,
Sancte Adjute,
Sancte Ottho,
Sancte Daniel,
} Ora pro nobis.

Sancte Angele,
Sancte Samuel,
Sancte Domne,
Sancte Leo,
Sancte Hugoline,
Sancte Nicolae,
Ora pro nobis.

Sancti Petre Baptista caeterique Martyres Japponenses. Orate pro nobis.

Sancte Nicolae caeterique Martyres Gorcomienses, Orate pro n.

Sancte Fidelis, Ora pro nobis.

Omnes Sancti Martyres, Orate pro nobis.

Sancte Silvester,
Sancte Gregori,
Sancte Ambrosi,
Sancte Augustine,
Sancte Hieronyme,
Sancte Bonaventura,
Sancte Martine,
Sancte Nicolae,
Sancte Ludovice,
Sancte Benevenute,
Ora pro nobis.

Omnes Sancti Pontifices et Confessores, Orate pro nobis.

Omnes Sancti Doctores, Orate pro nobis.

Sancte Antoni,
Sancte Benedicte,
Sancte Bernarde,
Sancte Dominice,
Sancte P. N. FRANCISCE,
Sancte Antoni de Padua,
Sancte Bernardine,
Sancte Joannes à Capistrano,
Sancte Jacobe de Marchia,
Ora pro nobis.

Sancte Petre de Alcantara,
Sancte Francisce Solane,
Sancte Petre Regalate,
Sancte Didace,
Sancte Paschalis,
Sancte Benedicte,
Sancte Pacifice,
Sancte Joannes Joseph,
Sancte Leonarde,
Sancte Felix,
Sancte Joseph a Leonissa,
Sancte Seraphine,
Sancte Joseph a Cupertino,
Sancte Ferdinande,
Sancte Ludovice,
Sancte Ivo,
Sancte Elzeari,
Sancte Roche,
Sancte Conrade,
} Ora pro nobis.

Omnes Sancti Sacerdotes et Levitae, Orate pro nobis.
Omnes Sancti Monachi et Eremitae, Orate pro nobis.

Sancta Maria Magdalena,
Sancta Agatha,
Sancta Lucia,
Sancta Agnes,
Sancta Caecilia,
Sancta Catharina,
Sancta Clara,
Sancta Agnes Assisiensis,
Sancta Catharina de Bononia,
Sancta Coleta,
Sancta Veronica,
} Ora pro nobis.

Sancta Rosa de Viterbio,
Sancta Hyacintha,
Sancta Maria Francisca,
Sancta Angela,
Sancta Anastasia,
Sancta Elisabeth Hungariae,
Sancta Elisabeth Portugaliae,
Sancta Margaretha de Cortona,

Ora pro nobis.

Omnes Sanctae Virgines et Viduae, Orate pro nobis,
Omnes Sancti et Sanctae Trium Ordinum Sancti Patris Nostri FRANCISCI, Intercedite pro nobis.
Omnes Sancti et Sanctae Dei, Intercedite pro nobis.
Propitius esto, Parce nobis Domine,
Propitius esto, Exaudi nos Domine.

Ab omni malo,
Ab omni pecato,
Ab ira tua,
Ab subitanea et improvisa morte,
Ab insidiis diaboli,
Ab ira et odio, et omni mala voluntate,
A spiritu fornicationis,
A fulgure et tempestate,
A flagello terrae motus,
A morte perpetua,
Per Mysterium Sanctae Incarnationis tuae,
Per Adventum tuum,
Per Nativitatem tuam,
Per Baptismum et Sanctum Iejunium tuum,
Per Crucem et Passionem tuam,
Per Mortem et Sepulturam tuam,
Per Sanctam Resurrectionem tuam,
Per Asscensionem tuam,

Libera nos Domine.

Per Adventum Spiritus Sancti Paraclyti, Libera nos Domine.
In die judicii, Libera nos Domine.
Peccatores, Te rogamus audi nos,
Ut nobis parcas, Te rogamus,
Ut nobis indulgeas, Te rogamus.
Ut ad veram poenitentiam nos perducere digneris, Te rogamus.
Ut Ecclesiam tuam Sanctam regere et conservare digneris, Te rogamus.
Ut Domnum Apostolicum et omnes Ecclesiasticos ordines in Sancta Religione conservare digneris, Te rogamus audi nos.
Ut inimicos Sanctae Ecclesiae humiliare digneris, Te rogamus audi nos.
Ut Regibus et Principibus Christianis pacem et veram concordiam donare digneris, Te rogamus.
Ut Imperatorem Nostrum N. conservare et custodire digneris, Te rogamus audi nos.
Ut cuncto populo Christiano pacem et unitatem largiri digneris, Te rogamus audi nos.
Ut nosmetipsos in tuo sancto servitio confortare et conservare digneris, Te rogamus audi nos.
Ut mentes nostras ad coelestia desideria erigas, Te rogamus audi nos.
Ut omnibus benefactoribus nostris sempiterna bona retribuas, Te rogamus.
Ut animas nostras Fratrum propinquorum et benefactorum nostrorum, ab aeterna damnatione eripias, Te rogamus audi nos.
Ut fructus terrae dare et conservare digneris, Te rogam. audi nos.
Ut omnibus fidelibus defunctis requiem aeternam donare digneris, Te rogamus audi nos.
Ut nos exaudire digneris, Te rogamus audi nos.
Fili Dei, Te rogamus audi nos.
Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, Parce nobis Domine.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, Exaudi nos Domine.
Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, Miserere nobis.
Christe audi nos, Christe exaudi nos.
Kyrie elejson, Christe elejson, Kyrie elejson.

Suffragia Annae.

Da pacem Domine in diebus nostris, quia non est alius, qui pugnet pro nobis, nisi, tu Deus noster. Miserere miserere miserere populo tuo, quem redimisti pretioso Sangvine tuo, ne in aeternum irascaris nobis.

O Patriarcha pauperum Francisce, tuis precibus auge tuorum numerum in Charitate Christi: quos concellatis manibus, caecutiens ut moriens Jacob, benedixisti.

Qui odit animam suam in hoc mundo in vitam aeternam custodit eam. Paganorum multitudo fugiens ad sepulchrum Virginis, tulerunt velum ejus contra ignem; ut comprobaret Dominus quod a periculis incendii meritis beatae Agathae Martyris suae eos liberaret.

Pater noster, secreto,

V. Et ne nos inducas in tentationem,
R. Sed libera nos a malo,
V. Domine non secundum peccata nostra facias nobis,
R. Neque secundum iniquitates nostras retribuas nobis,
V. Fiat pax in virtute tua,
R. Et abundantia in turribis tuis,
V. Signasti Domine Servum tuum Franciscum,
R. Signis Redemptionis nostrae,
V. Iustus ut palma florebit,
R. Sicut cedrus Libani multiplicabitur,

V. Diffusa est gratia in labiis tuis,
R. Propterea benedixit te Deus in aeternum,
V. Oremus pro Pontifice Nostro N.,
R. Dominus conservet eum, et vivificet eum, et beatum faciat eum in terra, et non tradat eum in animam inimicorum ejus,
V. Domine salvum fac Imperatorem Nostrum N.,
R. Et exaudi nos in die, qua invocaverimus Te,
V. Domine exaudi orationem meam,
R. Et clamor meus ad Te veniat,
V. Dominus vobiscum,
R. Et cum Spiritu tuo,

OREMUS.

Deus cui proprium est misereri semper et parcere; suscipe deprecationem nostram, ut nos et omnes famulos tuos; quos delictorum catena constringit, miseratio tuae pietatis clementer ab solvat.

Actiones nostras quaesumus Domine, aspirando praeveni, et adjuvando prosequere, ut cuncta nostra oratio et operatio a Te semper incipiat, et per Te coepta finiatur.

Deus a quo sancta desideria recta consilia et iusta sunt opera, da servis tuis illam quam mundus dare non potest pacem, ut et corda nostra mandatis tuis dedita, et hostium, sublata formidine, tempore sint tua protectione tranquilla.

Deus, qui Ecclesiam tuam B. P. N. Francisci meritis foetu novae prolis amplificas, tribue nobis ex ejus imitatione terrena despicere, et coelestium donorum semper participatione gaudere.

Deus, qui ob invictum Beati Joannis Sacramentale silentium, nova Ecclesiam tuam Martyrii corona decorasti, da nobis ejus intercessione et exemplo linguam caute custodire; ac omnia potius mala, quam animae detrimentum in hoc saeculo tolerare.

Deus, qui inter caetera potentiae tuae miracula etiam in sexu fragili, victoriam Martyrii contulisti, concede propitius, ut qui Beatae Agathae Virginis et Martyris tuae commemorationem colimus, ejus intercessione ab incendio flammae ignis liberemur, ac per ejus exempla ad Te gradiamur.

Omnipotens sempiterne Deus, miserere famulo tuo Pontifici Nostro N. et dirige eum secundum tuam Clementiam in viam salutis aeternae: ut Te donante tibi placita cupiat, et tota virtute perficiat.

Quaesumus Omnipotens Deus, ut famulus tuus Imperator Noster N., qui Tua miseratione suscepit regni gubernacula, virtutum etiam omnium percipiat incrementa: quibus decenter ornatus, et vitiorum monstra devitare, et ad Te, qui via, veritas, et vita es, gloriosus valeat pervenire.

Omnes Sancti tui, quaesumus Domine nos ubique adjuvent, ut dum eorum merita recolimus, patrocinia sentiamus, et pacem tuam nostris concede temporibus, et ab Ecclesia tua cunctam repelle nequitiam, iter, actus, et voluntates nostras, et omnium famulorum tuorum in salutis tuae prosperitate dispone, benefactoribus nostris sempiterna bona retribue, et omnibus fidelibus defunctis requiem aeternam concede.

Ne despicias Omnipotens Deus populum tuum in afflictione clamantem, sed propter gloriam Nominis Tui tribulatis succurre placatus, Per Christum Dominum Nostrum. R. Amen.

SUFFRAGIA SANCTORUM.

Post Missam Conventualem, vel alio opportuno tempore post Horas canonicas mane, quotidie dicenda ad Intentionem Conventus Provinciae et Benefactorum.

Veni Sancte Spiritus, reple tuorum Corda fidelium, et tui amoris in eis igne accende; qui per diversitatem lingvarum tuarum cunctarum gentes in unitate fidei congregasti.

Sancta MARIA succurre miseris, juva pusillanimes. refove flebiles, ora pro populo, interveni pro Clero, intercede pro devoto foemineo sexu, sentiant omnes tuum juvamen, quicunque celebrant Tuam Sanctam commemorationem.

Sancte Francisce propera, veni Pater accelera, ad populum, qui premitur, et teritur sub onere, palea, luto, latere; et sepulto Aegiptio sub sabulo, nos libera, carnis extincto vitio.

Si quaeris miracula, mors, error, calamitas, demon, lepra fugiunt, aegri surgunt sani: Cedunt mare, vincula, membra, resque perditas, petunt et accipiunt juvenes et cani — V. Pereunt pericula, cessat et necessitas, narrent hi, qui sentiunt, dicant Padvani. Cedunt. Gloria Patri. Cedunt.

Domine JESU Christe, cui Sanctus Petrus adeo fideliter in vita sua servivit; ut in tempore iracundiae fieret reconciliatio. Exaudi propter eum preces nostras, et da nobis salutem animae et corporis. V. Qui famulae tuae Theresiae dixisti: Te semper in Petri nomine petentes exauditurum. Exaudi. Gloria Patri. Exaudi.

Iste Sanctus pro lege Dei sui certavit usque ad mortem, et a verbis impiorum non timuit: fundatus enim erat supra firmam petram.

Paganorum multitudo fugiens ad sepulchrum Virginis, tulerunt velum ejus contra ignem: ut comprobaret Dominus, quod a periculis incendii meritis Beatae Agathae Martyris suae eos liberaret.

Veni sponsa Christi, accipe coronam, quam tibi Dominus praeparavit in aeternum.

Da pacem Domine in diebus nostris, quia non est alius, qui pugnet pro nobis, nisi tu Deus noster. Miserere, miserere, miserere populo tuo, quem redemisti pretioso Sanguine tuo, ne in aeternum irascaris nobis.

V. Emitte Spiritum tuum et creabuntur.
R. Et renovabis faciem terrae.
V. In Conceptione tua Virgo Immaculata fuisti.
R. Ora pro nobis Patrem, cujus filium peperisti.
V. Signasti Domine Servum tuum Franciscum.
R. Signis redemptionis nostrae.
V. Ora pro nobis Beate Antoni.
R. Ut digni efficiamur promissionibus Christi.
V. Justum deduxit Dominus per vias rectas.
R. Et ostendit illi Regnum Dei.
V. Elegit eam Deus et praeelegit eam.
R. In Tabernaculo suo habitare facit eam.
V. Specie tua et pulchritudine tua.
R. Intende prospere, procede et regna.
V. Fiat pax in virtute tua.
R. Et abundantia in turribus tuis.
V. Adjuva nos Deus Salutaris noster.
R. Et propter gloriam nominis tui libera nos.
V. Domine exaudi Orationem meam.
R. Et clamor meus ad te veniat.

OREMUS.

Deus qui corda fidelium Sancti Spiritus illustratione docuisti; da, nobis in eodem Spiritu recta sapere: et de ejus semper consolatione gaudere.

Deus, qui per Immaculatam Virginis Conceptionem dignum Filio Tuo habitaculum praeparasti: quaesumus; ut qui ex morte Ejusdem Filii sui praevisa eam ab omni labe praeservasti, nos quoque mundos, Ejus intercessione ad Te pervenire concedas.

Deus, qui Ecclesiam tuam Beati Patris Nostri Francisci meritus foetu novae prolis amplificas, tribue nobis ex ejus imitatione terrena despicere, et coelestium donorum semper participatione gaudere.

Ecclesiam tuam Deus, Beati Antonii Confessoris tui deprecatio tua Votiva laetificet: ut spiritualibus semper muniatur auxiliis, et gaudiis perfrui mereatur aeternis.

Deus, qui Beatum Petrum Confessorem tuum admirabilis poenitentiae et altissimae contemplationis munere illustare dignatus es: concede propitius, ut ejus suffragantibus meritis carne mortificati, coelestium donorum participes fieri mereamur.

Deus, qui ob invictum Beati Joannis Sacramentale silentium nova Ecclesiam tuam Martyrii corona decorasti, da nobis ejus intercessione et exemplo linguam caute custodire, ac omnia potius mala, quam animae detrimentum in hoc saeculo tollerare.

Deus, qui inter caetera potentiae tuae miracula etiam in sexu fragili victoriam Martyrii contulisti; concede propitius; ut qui Beatae Agatae Virginis et Martyris tuae commemorationem colimus, ejus pia intercessione ab incendio flammae ignis liberemur, ac per ejus ad te exempla gradiamur.

Deus, qui dedisti legem Mojsi in summitate montis Sinaj, et in eodem loco per Sanctos Angelos tuos Corpus Beatae Catharinae Virginis et Martyris tuae mirabiliter collocasti: praesta quaesumus, ut ejus meritis et intercessione ad montem qui Christus est pervenire valeamus.

Deus a quo sancta desideria, recta consilia, et justa sunt opera, da servis tuis illam quam mundus dare non potest pacem; ut et corda nostra mandatis tuis dedita et hostium sublata formidine, tempora sint tua protectione tranquilla.

Deus refugium nostrum et virtus, adesto piis Ecclesiae tuae precibus; auctor ipse pietatis, et praesta; ut quod fideliter petimus, efficaciter consequamur.

Omnipotens Sempiterne Deus, Aedificator et Custos Hierusalem Civitatis supernae, sub cujus nutu vitae nostrae momenta decurrunt. Qui nos famulos tuos, in hac Religione ad Tibi fideliter serviendum die ac nocte in lege tua meditandum, ad Tui honoris Divini augmentum, nostrum profectum, proximorum exemplum misericorditer coadunasti: qui etiam licet sis magnus in magnis, mirabilia tamen gloriosus operaris, in minimis aedifica, benedic, defende, ac muro custodiae circumda Provinciam nostram cum omnibus famulantibus Tibi in ea, ut sit semper domicilium stabilitatis, sanctitatis et pacis; hostes visibiles et invisibiles ab ea remove; carnalia desideria repelle, regularis disciplinae augmentum concede. A Domo tua Domine Spirituales nequitiae repellantur, et ab eis rearum discedat malignitas tempestatum, careat omni discordia, liberetur a noxa, non hic resideat spiritus pestilens, non aura corrumpens, discedant omnes insidiae latentis inimici, nec permittas Domine domum, aut famulos tuos scandalis, aut criminibus confundi vel incendio gravari, quos e mundi periculoso pelago extractos, ad Bravium supernae vo-

cationis accendis, sed si quid est. quod aut incollumitati aut quieti per invocationem Tui Sanctissimi Nominis effugiat atque discedat. ut Tua Divina Providentia in omnibus sit directa, et ab omni impugnatione defensa.

Ne despicias Omnipotens Deus, populum tuum in afflictione clamantem, sed propter gloriam Nominis Tui tribulatis succurre placatus. Per Christum Dominum Nostrum. R. Amen.

LITANIAE
B. VIRG. MARIAE LAURAETANAE.

Kyrie elejson, Christe elejson, Kyrie elejson.
Christe audi nos, Christe exaudi nos.
Pater de Coelis Deus, Miserere nobis.
Fili Redemptor mundi Deus,
Spiritus Sancte Deus,
Sancta TRINITAS, Unus Deus,
Sancta MARIA,
Sancta Dei Genitrix,
Sancta Virgo Virginum,
Mater Christi,
Mater Divinae Gratiae.
Mater purissima.
Mater castissima,
Mater inviolata,
Mater intemerata,
Mater amabilis,
Mater admirabilis,

Ora pro nobis.

Mater Creatoris,
Mater Salvatoris,
Virgo prudentissima,
Virgo veneranda,
Virgo praedicanda,
Virgo potens,
Virgo clemens,
Virgo fidelis,
Speculum justitiae,
Sedes sapientiae,
Causa nostrae letitiae,
Vas spirituale,
Vas honorabile,
Vas insigne devotionis,
Rosa Mystica,
Turris Davidica,

Ora pro nobis.

Turris eburnea,
Domus aurea,
Faederis Arca,
Ianua Coeli,
Stella matutina,
Salus infirmorum,
Refugium peccatorum,
Consolatrix afflictorum,
Auxilium Christianorum,
Regina Angelorum,
Regina Patriarcharum,
Regina Prophetarum,
Regina Apostolorum,
Regina Martyrum,
Regina Confessorum,
Regina Virginum,

Ora pro nobis.

Regina Sanctorum omnium, Ora pro nobis.
Regina sine labe concepta, Ora pro nobis.
Agnus Dei, qui toliis peccata mundi, Parce nobis Domine.
Agnus Dei, qui toliis peccata mundi, Exaudi nos Domine.
Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, Miserere nobis.
Christe audi nos, Christe exaudi nos.
Kyrie elejson, Christe elejson. Kyrie elejson.

ANTIPHONA.

Sub Tuum praesidium cofugimus, Sancta Dei Genitrix. nostras deprecationes ne despicias in necessitatibus nostris, sed a periculis cunctis libera nos, semper Virgo gloriosa et Benedicta.

De S. Joseph.

Ipse JESUS erat incipiens quasi triginta annorum, ut putabatur filius Joseph.

De S. P. N. Francisco.

O Patriarcha pauperum Francisce, tuis precibus auge tuorum numerum in charitate Christi: quos cancellatis manibus, caecutiens ut moriens Jacob benedixisti.

De S. Joanne Nep.

Iste Sanctus pro lege Dei sui certavit usque ad mortem, et a verbis impiorum non timuit: fundatus enim erat supra firmam petram.

De S. Agatha V. M.

Paganorum multitudo fugiens ad sepulchrum Virginis, tulerunt velum ejus contra ignem; ut comprobaret Dominus

quod a periculis incendii. meritis beatae Agathae Martyris suae eos liberaret.

V. Angelus Domini nuntiavit MARIAE,
R. Et concepit de Spiritu Sancto,
V. Ora pro nobis beatissime Joseph.
R. Ut digni efficiamur promissionibus Christi.
V. Signasti Domine servum tuum Franciscum,
R. Signis Redemptionis nostrae.
V. Justus ut palma florebit.
R. Sicut cedrus Libani multiplicabitur.
V. Diffusa est gratia in labiis tuis,
R. Propterea benedixit Te Deus in aeternum.

OREMUS.

Gratiam tuam quesumus Domine mentibus nostris infunde. ut qui Angelo nuntiante Christi Filii tui incarnationem cognovimus, per passionem ejus et Crucem ad Resurrectionis gloriam perducamur.

Sanctissimae Genitricis Tuae Sponsi. quesumus Domine meritis adjuvemur, ut quod posibilitas nostra non obtinet, ejus nobis intercessione donetur.

Deus qui Ecclesiam tuam B. P. N. Francisci meritis faetu novae prolis amplificas, tribue nobis ex ejus imitatione terrena dispicere, et coelestium donorum semper participatione gaudere.

Deus qui ob invictum Beati Joannis Sacramentale, silentium nova Ecclesiam tuam Martyrii corona decorasti, da nobis ejus intercessione et exemplo linguam caute custodire; ac omnia potius mala, quam animae detrimentum in hoc saeculo tolerare


Deus qui inter caetera potentiae tuae miracula etiam in sexu fragili, victoriam martyrii contulisti, concede propitius ut qui Beatae Agathae Virginis et Martyris tuae commemorationem colimus, per ejus ad Te exempla gradiamur.

Ne despicias Omnipotens DEUS populum tuum in afflictione clamantem, sed propter gloriam Nominis Tui tribulatis succurre placatus. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Zbawicielu miłościwy! Z serdecznéj wdzięczności ku Tobie tudzież dla jakiegożkolwiek zadosyćuczynienia za winy moje, poświęcam całego siebie Najświętszemu Sercu Twojemu i postanawiam za łaską Twoją nigdy już więcéj nie grzeszyć.

O Najświętsze Serce Jezusa, rozléj zupełność łask swoich na Kościół swój święty — na kapłany i wszystkie syny jego a w szczególności na ten nasz zakon i Prowincyą tę naszą. Utwierdzaj sprawiedliwych, grzesznych nawracaj, umierającym przybywaj z pomocą, wyzwalaj dusze z cierpień czyścowych a słodkiém miłości Twojéj panowaniem wszystkich serca ogarniaj. Amen.

Ojcze nasz — Zdrowaś — Wierzę.



LITANIAE
SANCTISSIMI NOMINIS JESU.

Kyrie elejson, Christe elejson, Kyrie elejson.
Jesu, audi nos.
Jesu, exaudi nos.

Pater de coelis Deus, miserere nobis.
Fili Redemptor mundi Deus,
Spiritus Sancte Deus
Sancta Trinitas unus Deus,
Jesu, Fili Dei vivi,
Jesu, splendor Patris,
Jesu, candor lucis aeterne,
Jesu, Rex gloriae,
Jesu, sol iustitiae,
Jesu, Fili Mariae Virginis,
Jesu, amabilis.
Jesu, admirabilis,
Jesu, Deus fortis,
Jesu, Pater futuri saeculi,
Jesu, magni consilii Angele,
Jesu, potentissime,
Jesu, patientissime,
Jesu, obedientissime,
Jesu, mitis et humilis corde,
Jesu, amator castitatis,
Jesu, amator noster,
Jesu, Deus pacis,
Jesu, auctor vitae,
Jesu, exemplar virtutum,
Jesu, zelator animarum,
Jesu, Deus noster,
Jesu, refugium nostrum,
Jesu, pater pauperum,
Jesu, thesaurus fidelium,
Jesu, bone pastor,
Jesu, lux vera,
Jesu, sapientia aeterna,

Miserere nobis.

Jesu, bonitas infinita,
Jesu. via et vita nostra,
Jesu, gaudium Angelorum,
Jesu, Rex Patriarcharum,
Jesu, Magister Apostolorum,
Jesu, Doctor Evangelistarum,
Jesu, fortituto Martyrum,
Jesu, lumen Confessorum,
Jesu, Puritas Virginum,
Jesu, corona Sanctorum omnium.

Miserere nobis.

Propitius esto, Parce nobis Jesu.
Propitius esto, Exaudi nos Jesu.
Ab omni malo,
Ab omni peccato,
Ab ira tua,
Ab insidiis diaboli,
A spiritu fornicationis,
A morte perpetua,
A neglectu inspirationum tuarum,
Per mysterium sanctae Incarnationis tuae.
Per nativitatem tuam,
Per infantiam tuam,
Per divinissimam vitam tuam,
Per labores tuos,
Per agoniam et passionem tuam,
Per crucem et derelictionem tuam,
Per languores tuos,
Per mortem et sepulturam tuam,
Per resurrectionem tuam,
Per ascensionem tuam,
Per gaudia tua,
Per gloriam tuam,


Libera nos, Jesu.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, parce nobis Jesu.
Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, exaudi nos Jesu.
Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, miserere nobis Jesu.
Jesu, audi nos.
Jesu, exaudi nos.

OREMUS.

Domine Jesu Christe, qui dixisti: Petite, et accipietis; quaerite, et invenietis; pulsate, et aperietur vobis quaesumus, da nobis petentibus divinissimi tui amoris affectum, ut te toto corde, ore et opere diligamus, et a tua nunquam laude cessemus.

Sancti Nominis Tui, Domine, timorem pariter et amorem fac nos habere perpetuum; quia nunquam tua gubernatione destituis, quos in soliditate tuae dilectionis instituis. Per Dominum.



LITANIAE
DE S. P. N. FRANCISCO.

Kyrie elejson, Christe elejson, Kyrie elejson.
Christe audi nos, Christe exaudi nos.
Pater de Coelis Deus, Miserere nobis.
Fili Redemptor mundi Deus, Miserere nobis.
Spiritus Sancte Deus, Miserere nobis.
Sancta Trinitas unus Deus, Miserere nobis.
Sancta MARIA Patrona Religionis Seraphicae, Ora pro nobis.
Sancte FRANCISCE Pater Seraphice, Ora pro nobis.
Sancte Francisce Pater prudentissime, Ora pro nobis.
Sancte Francisce Dux Minorum, Ora pro nobis.

Sancte Francisce decus morum,
Sancte Francisce speculum obedientiae,
Sancte Francisce Patriarcha pauperum,
Sancte Francisce imago Castitatis,
Sancte Francisce despiciens mundum,
Sancte Francisce forma humilitatis,
Sancte Francisce exemplar poenitentiae,
Sancte Francisce vincens mundi vitia,
Sancte Francisce imitator Salvatoris,
Sancte Francisce ferrens Christi stigmata,
Sancte Francisce JESU Characteribus insignite,
Sancte Francisce florens gratia,
Sancte Francisce via errantium,
Sancte Francisce medela infirmorum,
Sancte Francisce columna Ecclesiae,
Sancte Francisce Fidei Defensor,
Sancte Francisce Athleta Christi,
Sancte Francisce Propugnaculum militantium,
Sancte Francisce Scutum inexpugnabile,
Sancte Francisce Zelator animarum,
Sancte Francisce Conversor paganorum,
Sancte Francisce Consolator afflictorum,
Sancte Francisce Erigens claudos,
Sancte Francisce Mundans leprosos,
Sancte Francisce Suscitans mortuos,
Sancte Francisce Extirpator vitiorum,
Sancte Francisce Procurator Divinae gratiae,

Ora pro nobis.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, Parce nobis Domine.
Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, Exaudi nos Domine.
Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, Miserere nobis.

Christe audi nos, Christe exaudi nos.

Kyrie elejson, Christe elejson, Kyrie elejson.

De S. P. N. Francisco.

O Patriarcha pauperum Francisce, tuis precibus auge tuorum numerum in charitate Christi: quos cancellatis manibus, Caecutiens ut moriens Jacob benedixisti.

V. Signasti Domine servum tuum Franciscum,

R. Signis Redemptionis nostrae.

OREMUS.

Domine JESU Christe qui frigescente mundo ad inflammandum corda nostra, tui amoris igne in carne Beatissimi Patris Nostri Francisci, Passionis Tuae Sacra Stigmata renovasti; concede propitius, ut Ejus meritis et precibus Crucem jugiter feramus, et dignos fructus Poenitentiae faciamus. Per Christum Dominum nostrum. R. A.

PRO OPPORTUNITATE TEMPORIS.

De Sancto Antonio.

R. Si quaeris miracula, mors error calamitas,
Daemon, lepra fugiunt, aegri surgunt sani;
Cedunt mare, vincula, membra, resque perditas
Petunt, et accipiunt juvenes et cani.

V. Pereunt pericula cessat et necessitas,
Narrent hi, qui sentiunt dicant Padvani.
Cedunt mare vincula &c. Gloria Patri.
Cedunt mare &c.

V. Ora pro nobis B. Antoni.

OREMUS.

Ecclesiam tuam, Deus Beati Antonii Confessoris tui deprecatio votiva laetificet: ut spiritualibus semper muniatur

auxiliis, et gaudiis perfrui mereatur aeternis. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

PRO INFIRMIS, ORATIO.

Omnipotens sempiterne Deus, salus aeterna credentium, exaudi nos pro famulis tuis infirmis, pro quibus misericordiae tuae imploramus auxilium, ut reddita sibi sanitate gratiarum tibi in Ecclesia tua referrant actiones. Per Christum.

Ad Serenitatem petendam vel Pluviam.

Domine Rex Deus Abraham dona nobis Serenitatem (*v.* Pluviam *v.* Benignitatem) congruentem super faciem terrae, ut sciat populus tuus; quia tu es Dominus Deus Noster.

Isti sunt duae olivae, et duo candelabra lucentia ante Dominum, habent potestatem claudere coelum nubibus et aperire portas ejus: quia linguae eorum claves coeli factae sunt.

V. Dominus dabit benignitatem,
R. Et terra nostra dabit fructum suum,
V. Laetamini in Domino, &c.
R. Et gloriamini, omnes recti corde.

OREMUS.

Ad te nos Domine clamantes exaudi: et aeris serenitatem nobis tribue supplicantibus: ut qui juste pro peccatis nostris affligimur, misericordia tua praeveniente, clementiam sentiamus.

Ad Pluviam petendam Oratio.

Deus, in quo vivimus, movemur et sumus: pluviam nobis tribue congruentem: ut praesentibus subsidiis sufficientur adjuti, sempiterna fiducialibus appetamus.

Quaesumus Omnipotens Deus ut nos geminata laetitia hodiernae commemorationis excipiat, quae de Beatorum Joannis et Pauli glorificatione procedit, quos eadem fides et passio, vere fecit esse germanos. Per Christum.

Antiphona contra pestem.

Stella coeli extirpavit, quae lactavit Dominum. Mortis pestem quam plantavit primus Parens hominum. Ipsa stella nunc dignetur sidera compescere. Quorum bella plebem caedunt dirae mortis ulcere. O piissima stella maris a peste succurre nobis. Audi nos Domina, nam Filius tuus nihil negans te honorat. Salva nos Jesu pro quibus Virgo Mater te orat.

Ave Roche Sanctissime — Nobili natus sanguine,
Crucis signaris schemate — Sinistro tuo latere,
Roche peregre profectus — Pestiferae mortis actus,
Curavisti mirifice — Tangendo salutifere.
Vale Roche Angelice — Vocis citatus flamine,
Obtinuisti Deifice — A cunctis pestem pellere.

V. Ora pro nobis sancta Dei Genitrix.
R. Ut digni efficiamur promissionibus Christi.
V. Amavit eum Dominus.
R. Stolam gloriae.

OREMUS.


Deus misericordiae, Deus pietatis, Deus iudulgentiae qui misertus es super afflictionem populi tui, et dixisti Angelo percutienti populum tuum contine manum tuam; ob amorem illius stellae Gloriosae cujus ubera pretiosa contra venenum nostrorum

delictorum quam dulciter suxisti praesta auxilium Gratiae tuae, ut ab omni peste et improvisa morte securre liberemur, et a totius perditionis incursu misericorditer salvemur. Per te JESU Christe Rex gloriae.

Deus qui Beato Rocho Confessori tuo per Angelum tuum tabulam eidem afferrentem promisisti, ut qui ipsum pie invocaverit, a nullo pestis cruciatu laederetur, praesta quaesumus, ut qui ejus commemorationem agimus, ipsius meritis et praecibus a mortifera peste corporis et animae liberemur. Per Christum Dominum nostrum Amen.

Oratio tempore disciplinae.

Deus qui nos a saeculi venitate conversos ad bravium supernae vocationis accendis, pectoribus nostris purificandis illabere et gratiam nobis qua in te perseveremus infunde, ut protectionis tuae muniti praesidiis quod te donante promissimus impleamus, et nostrae professionis executores effecti, ad ea quae in te perseverantibus promittere dignatus es pertingamus.



Pro felici tam Capituli, quam congregationis successu, vel ad primitias sacerdotales.

HYMNUS.

Veni Creator Spiritus — Mentes tuorum visita.
Imple superna gratia —Quae tu creasti pectora.
Qui diceris Paraclitus —Altissimi donum Dei,
Fons vivus, ignis, charitas — Et spiritualis unctio.

Tu septiformis munere — Digitus Paternae dexterae,
Tu rite promissum Patris — Sermone ditans guttura.
Accende lumen sensibus — Infunde amorem cordibus,
Infirma nostri corporis — Virtute firmans perpeti.
Hostem repellas longius — Pacemque dones protinus,
Ductore sic te praevio — Vitemus omne noxium.
Per te sciamus, da Patrem — Noscamus atque Filium,
Teque utriusqne Spiritum — Credamus omni tempore
Deo Patri sit gloria — Ejusque soli Filio,
Cum Spiritu Paraclito — Nunc et per omne saeculum Amen.


V. Emitte spiritum tuum et creabuntur,
R. Et renovabis faciem terrae.
V. In Conceptione tua Virgo Immaculata fuisti.
R. Ora pro nobis Patrem cujus Filium peperisti.
V. Ora pro nobis Beate Pater Francisce.
R. Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

OREMUS.

Deus qui corda fidelium Sancti Spiritus illustratione docuisti da nobis in eodem, Spiritu recta sapere, et de ejus semper consolatione gaudere.

Deus qui per Immaculatem Virginis Conceptionem dignum Filio Tuo habitaculum praeparasti: quaesumus ut qui ex morte ejusdem Filii sui praevisa eam ab omni labe praeservasti, nos quoque mundos ejus intercessione ad te pervenire concedas.

Deus qui Ecclesiam tuam B. P. N. Francisci meritis foetu novae prolis amplificas, tribue nobis ex ejus imitatione terrena despicere, et coelestium donorum semper participatione gaudere. Per Christum Dominum nostrum. A.



Neo Presbyter.

Omnipotens et misericors Deus, humilitatis meae preces benignus intende: et me famulum tuum quem nullis suffragantibus meritis, sed immensa clementiae tuae largitate coelestibus Mysteriis servire tribuisti, dignum sacris altaribus fac ministrum; ut quod mea voce depromitur, tua sanctificatione firmetur. Per Christum Dominum.

NOTATU DIGNA.

1. Convenit, ut communio intra Missam, statim post communionem Sacerdotis fidelibus distribuatur: quia talis fuit usus per duodecim priora saecula, et id exoptat Concilium Trid. *sess. 22, cap. 6;* nisi a servanda hac regula, aliqua rationabilis causa excuset.

2. Non licet dare plures particulas uni communicanti. *Decr. S. C. C. approb. ab Innoc. IX. 12 Febr. 1679.*

3. Sub pronuntiatione unius formulae non licet porrigere Sacramentum duabus vel tribus personis, sed unicuique communicanti seorsum.

4. Hostiam, quae fuit in ostensorio posita, et postea desumpta, non licet frangere, et pro Communione fidelium distribuere *S. R. C. 2 Febr. 1879*, sed eam Sacerdos sumere debet,

vel una cum hostia, quam pro sacrificio consecravit, vel post sumptionem Ss. Sanguinis. *S. R. C. 3 Sept. 1672.*

5. Non licet dicere idiomate vulgari formulas pro ministranda sacra Communione praescriptas. *S. R. C. 23 Maji 1836.*

6. Hostiae minores pro Communione fidelium in Missa consecratae, nonnisi post sumptionem Ss. Sacramenti in tabernaculum inferri possunt. — Et juxta Decr. *S. R. C. 3 Sept. 1672*; novas consecratas hostias nunquam cum veteribus miscere licet.

